lo, hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa oia mediante.

Janowskich Coniugum Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Gnosi Franciscus Janowski olim Gnosi Petri Janowski cum Mag[nific]a Gnosa Barbara de Komarno Conthorali eius legitima procreatus filius, ab una, et Elisabeth de Krainka Gnosi Stanislai Samuelis Krainski cum Gnosa Constantia Zygmunska Conthorali eius legitima procreata filia, praefati vero Gnosi Francisci Janowski Consors legitima parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a Terrestris iudiciis Iuribus Iurisdictionibus suis genitibus suis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneal. Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiciendo, palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipsi et quidem Consors cum mariti sui ut Tutoris Coniugalis auctoritate et assistentia, et ultrones ad infrarecognita Consensu sibi mutuo et invicem una pars alteri, advitalitatem et usumfructum, bonorum suorum generaliter omnium, mobilium et immobilium

tium

302

tium, Summarumq quarumcunq pecuniarium habitarum et habendarum nec non auri argenti, clenodiorum, unionum, vestium, vestimentorum, pecorum pecudum, equorum equitiorum, ac totius supellectilis domesticae cujusq cunq formae et materiae existentium habitarum et habendarum, ad extrema duntaxat vitae utriusq eorum tempora, tantummodo et non ultra Inscri pserunt concesserunt et assignaverunt, prout inscribunt conce dunt et assignant praesentibus tali vidl. modo et occasione, quod si prius praefatum maritum quam ipsius Consortem ejus mori contigerit extunc eadem Generosa Helisabetha de Kravinka Consors sua, bona supralatta omnia, et Summas pecuniarias, morte praedicti mariti sui derelictas cum omni Jure dominio et proprietate, Competentiaq et praerogativa quavis, omnibusq utilitatibus tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice uti fruetur ad extrema duntaxat vitae suae tem pora, Post fata vero praefatae Consortis suae, extunc praedicta bona Inscriptioni prasenti subiecta, morte praefati mariti sui derelicta, ad Successores ejusdem mariti sui, sine quovis impedimento Successorum Consortis suae, plenarie redi bunt et devolventur, Similiter quoq si prius praefatam Consortem suam quam ipsum maritum ipsius mori contigerit, extunc idem Maritus suus bona supralatta omnia et res supramemoratas morte Consortis suae dereli ctas, cum omni jure dominio proprietate ac omnibus utilitatibus et emolumentis, tenebit habebit et possidebit, illisq uti fruetur ad extrema vitae suae tempora, post mortem vero ejusdem mariti sui ex tunc bona supralatta omnia morte praenominatae Consortis suae derelicta In scriptioni praesenti adinstar illius subiecta, ad Successores praefatae Consortis suae, sine quovis Contradictione et impedimen to Successorum memorati mariti sui redibunt et devol ventur devolviq debebunt his suis personalibus Re cognitionibus, ad praemissa omnia et singula mediantibus.

Sabbatho post ... [illegible]